LECTORI HISTORIARVM STVDIOSO,

S. P.

DITMARVM Tibi sisto, LECTOR BENEVOLE, Auctorem, sive natalium splendorē attendas, sive muneris, quod sustinuit, dignitatem, sive ipsum denique argumentum, quod Latinis literis, pro seculi ejus, quo vivebat, captu, suscepit illustrandum, nobilissimum sane; ac, quod ultimum hoc attinet, ne *Liviis* quidem, *Tacitis*, *Svetoniis*, scriptoribus eminentissimis, quicquam concedentem: imo, qui è Germaniæ optimatibus historiam scripsit, omnium primum. Natus videlicet est illustri Comitum Saxoniæ domo, quos *VValbeccenses* nominat Cl. Meibomius; *a* quæ cum isto temporis tractu (ne simul ex ea inclytam *Comitum* SCHAVMBVRGENSIVM Familiam cum eodem *b* promanasse dicam) suppeditaret Patriæ haud paucos & corporis & animi robore pollentes Viros, *hostibus haud tergo, sed forti pectore notos*; ut tum dignitas ista erat ambulatoria, *Marchiones* ex se meruit videre, hoc est, sicut Crantzius exponit, *c limitaneos Duces*, *d qui fines regni tuentes, omnes, si forte*

a Notis ad Witichind. pag. 59. Chro. Walbec. pag. 1.

b Not. ad Lerbecium pag. 46. Chr Walb. pag. 8.

c Saxon. lib. 3. ca. 16.

d Aimoin. lib. 5. cap. 2.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 85;Leibn. Marg. 85, Stück 1, [7] - -
PUBLIC DOMAIN